



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De Persona Rei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

sup. cit. num. 25. vbi de reuocatione procuratoris iudicialis plura congerit conuelliando. cap. vlt. de procurat. in 6. cum Clem. 1. de renunc.

Finitur item mandatum datum ad vnam causam, eo ipso quod in illa causa fertur sententia. vt notat gl. & DD. in l. inuitus. C. de procurat. Mohed. decis. 126. alias. 6. de procur. Rot. decis. 854. par. 3. lib. 3. diuersi.

28. An autem lapsu temporis finiatur mandatum, disputari solet. Sed verior est doctrina quod solo temporis tractu non expirat, censeatur enim durare constituentis voluntas donec de mutatione constet. cap. maiores. de Baptis. l. eum qui. ff. de probat. l. Lucius. ff. de leg. 2. Cassad. decis. 1. num. 2. de renunc. Gig. cons. 11. num. 6. nec expirat etiam spatium viginti

annorum, nisi sententia vigore mandati intercesserit & transferat in rem iudicatam. Alex. cons. 189. num. 19. lib. 7. Put. decis. 444. lib. 2. Rot. decis. 797. p. 3. lib. 3. diuersi. Vnde & colensum datum in resignando beneficio vigore mandati post quadriennium, postquam non constabat de mutata voluntate constituentis valuisse apud Rot. refert Mohed. decis. 219. alias. 31. de renunc. licet securius sit in talibus resignationibus habere recens mandatum, cum frequenter vocetur hoc in dubium, & in aliquibus locis practicatur, quod mandatum ad resignandum elapso anno expiret, vt de vlt. Regni Francie testatur Rebuff. in prax. tit. de procurat. ad resign. num. 19. ad hoc Paris. de resign. lib. 9. q. 13.

ARTICVLVS III.

De Persona Rei.

1. **F**orum ex quibus causis sortiatur quis.
2. Clericus coram Iudice laico conueniri non potest.
3. Clericus depositus non potest indicari per Iudicem laicum.
4. Episcopus non potest subicere Clericum iudicio laici.
5. Papa potest committere causam Clerici, laico.
6. Clericus non potest subicere se iurisdictioni Laici.
7. Iudex Laicus extendens suam iurisdictionem in Clericos quos penas incurrit.
8. Clericus citatus coram Iudice laico non tenetur comparere.
9. Clericus ratione feudici coram Laico conueniri non potest.
10. Clericus quomodo reconueniri possit in iudicio laico.
11. Iudex laicus cum indicat Clericum in casu licito, executionem in eum facere non potest.
12. Clericus apostata & exercens secularia negotia non defenditur per Ecclesiam.
13. Clericus deprehensus in rixa an possit detineri per Curiam secularem.
14. Clericus si monitus non desistat a seruitijs domini secularis, non gaudet priuilegio fori.
15. Clericus degradatus subiectus est iudicio seculari.
16. Iudex Laicus causas spirituales iudicare non potest.
17. Clericus non potest declinare iudicium sui Ordinarij.

- 18 Forum quomodo quis sortitur ratione delicti.
 19 Forum ratione contractus vel rei quod sit.
 20 Forum ex domicilio est praeipuum.
 21 Iudex domicilij an teneatur reum remittere ad locum delicti.
 22 Laici in quibus casibus possint conueniri coram Iudice Ecclesiastico.
 23 Fori mixti cause quae sint.

Quatuor modos quibus sortitur quis forum alicuius Iudicis, enumerat textus *cap. vlt. de fo. comp.* videlicet ratione delicti, contractus, rei, & domicilij. idē in *l. quatin prouincia. C. vbi de crimin. & in cap. 1. de fo. comp. in 6. vbi gl. v. contrahentes.* explicat quomodo sortiatur quis forum ratione contractus.

Ultra autem hos modos attenditur etiam in sortitione fori status, & conditio personarum: vt nimirum miles coram Magistro militum conueniatur, & similia *l. per miquum. C. de iurisd. omn. ind. l. quoties. C. de Senat. & clariss. Abb. in cap. fin. num. 11. de fo. comp.* Hinc & Clericus coram iudice laico conueniri non potest. *cap. si diligent. de fo. comp.* ne quidem pro crimine laeae maiestatis, vt probat Thom. Gram. *conf. 1. nu. 30.* & in facto iudicatum fuisse in Curia Neapolitana, testatur Genuen. in *sua prax. cap. 90.*

Erne quidem depositus Clericus iudicari debet ab alio quam ab Episcopo, seu Iudice Ecclesiastico. *Dec. in cap. cum non ab homine. num. 22. de iudic.* si nimirum fuerit depositus, sine traditione Curiae saeculari, quae traditio non in omni depositione, fit. vt *clare constat ex tex. cap. at si Clerici. in fin. de iudic. Host. in sum. de heret. num. 10.*

Neque posset iudicari Clericus à Laico etiam de consensu proprii Ordinarii. *cap. quanto. cap. decernimus. loc. cit. at. de iudic. gl. singularis. in cap. significasti. v. Clerici de fo. comp. cit. Gram.*

conf. 29. num. 11. vbi notat, quod neque Papa possit facere vt Clerici conueniantur coram Iudice saeculari, si nimirum permetteret hoc fieri generaliter; nam alioquin causam singularis alicuius Clerici, siue ciuilem, siue criminalem in facto occurrentem, Papa committere potest iudicandam Laico. *cap. Mennam. 2. q. 4. un. gl. v. arbitrio. & alia gl. in cap. decernimus. v. non praesumant. de iudic. Abb. in cap. Ecclesia S. Mar. nu. 6. de constit. Dec. ib. nu. 16.*

Neque ipsemet Clericus subijcere se potest iurisdictioni laicali. *e. at si Clerici. lo. cit. de iud.* & si de facto se subijceret, iudiciū esset nullū, & ipse Clericus esset grauiter puniendus. *Gram. cit. lo. cit. n. 7.* Quinimō Iudex Ecclesiasticus posset tūc repetere Clericū à iudice laico, etiā si se Clericus confiteatur se esse laicū, dummodo constet contrariū. *Couar. pract. q. cap. 33. nu. 2.* Ultra quod Iudex ipse laicus iudicās Clericū incurrit penas Bullae Mart. V. & plerūq; casus huiusmodi includitur Bulla *Cena Domini.* Tenorem autem Const. Mart. V. allegata, cum ipsius vsus sit frequens hic ponendum volumus, vt sequitur.

Ad reprimendas, & infra. Nos igitur aduersus talia praesumentium temeritatem remedia apponere, & super his salubriter providere cupientes, ac Conc. Milenitani ac se. re. Innoc. PP. III. praedecess. nostri Const. super hoc editū inhaerentes, Auctor. Apost. ex certa scientia, hac nostra inrefragabili Constit. perpetuò duratura.

L. 3 tenor

tenore presentium statuimus, decernimus, ac etiam ordinamus, quod omnes & singula persona Ecclesiastica, Seculares & Regulares ordinum quorumlibet quacumq; exemptione suffulta, etiam si Patriarchali & Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel alia quauis praeferant dignitate, quae aliquam personam Ecclesiasticam personam, Collegium vel Conuentum in actione reali mixta vel personali, civili vel criminali, etiam occasione cuiuscumq; submissionis, etiam iuramento vallata, vel alias ad forū siue iudicium Laicale directè, vel indirectè (de qua in foro Ecclesiastico ordinari consueuerit, possit vel debeat, de iure vel consuetudine, aut alias cognosci) trahere praesumpserit, causam ipsam, & omne ius ei, siue eis in possessorio, vel petitorio, in re vel ad rem, causa vel occasione huiusmodi quomodolibet competens, eo ipso perdant penitus & amittant, & singulares persona excommunicationis, Capitula verò & Conuentus suspensionis, & interdicti sententias incurrant ipso facto, & si persona ipsa & eis in praemissis adhaerentes, & seruietes, in aliquo rebelles fuerint, & in continenti non obdierint, omnes illas per priuationem suorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumq; quae obtinebunt, & in quibus, & ad quae eis ius quomodolibet competit, & inhabilitationem ad alia in posterum obtinenda coerceri & compelli volumus ante dictas, & nihilominus omnes & singulos Iudices & Executores, communitates, Dominia, Laicos & Laicales personas, postquam exceptum fuerit, de non iurisdictione eorum, aut euidenter appareat huiusmodi cognitionem ad eos

de iure non spectare, talia praesumentes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine & mandato facta rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel fauorem, cuiuscumq; praeminentia, dignitatis, gradus, vel conditionis existat, Seculares personas, eorum videlicet singulos quocumq; nomine censeantur, & Consiliarios & priuatas personas, quae praemissorum principales perpetratores existerent, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullusq; ab eisdem sententijs per alium quam per Romanum Pontificem, praeterquam in mortis articulo absolui valeat siue possit, & praemissa omnia, non tantum ad futura, sed etiam ad praesentia & pendencia extendimus auctoritate memorata, quodque etiam Procurator fiscalis causarum Curiae Camerae Apostolicae contra culpabiles in praemissis desuper summaria informatione praehabita, per se vel alium seu alios agere vel procedere possit & valeat, nihilominus concedentes. Non obstante si aliquibus communiter vel diuisim à Sede Apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possunt per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de eorum proprijs nominibus ac indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet constitutionibus, priuilegijs, indultis & literis Apostolicis, de quibus etiam plena & expressa, ac de verbo ad verbum in nostris literis habenda est mentio specialis, ceterumq; contrarijs quibuscumq;. Nulli ergo, &c. Dat. Romae, Kal. Feb. ann. 1429. Pont. nostri ann. 12.

Vnde neque teneret processus apud Iudi-

Judicem sæcularem contra Clericum factus, nec posset reputari Clericus contumax, si citatus non compareat coram Iudice sæculari, etiamsi citeretur ad docendum de suo Clericatu, dummodo vulgo habeatur pro Clerico, non enim potest licite comparere coram illo: neque bannum ad contumaciam huiusmodi latum illi præiudicaret, *vt probat multis cit. Gramm. vbi supra.*

Dantur tamen aliqui casus in quibus regula huiusmodi non procedit, quos latissime tractat Aufrer. per Reg. quatuor cum suis limitationibus *in tract. de potest. sæcul. in Ecclesiasticos.* nos singuliores tantum casus referemus.

Vnde primo ratione feudi, quod possidet à Laico Clericus, coram Domino illius feudi conueniri potest. *c. verum. de fo. comp. Host. ib. in sum. num. 13. Felin. in cap. Caterum. num. 3. de iudic. vbi testatur de communi.* Et potest tunc Dominus feudi sententiam suam exequi, dummodo non agatur ratione delicti, seu actione personali, nam pro hac non potest Clericus conueniri, nisi apud proprium Prælatum, nec aliqua executio personalis in ipsum extendi potest. *vt latè Abb. in cit. cap. verum. præsertim nu. 23.*

Item ratione reconuentionis, vt si Clericus ageret contra Laicum coram iudice Laico, & ibidem reconueniretur, teneretur ibidem respondere, vt & è conuerso Laicus potest reconueniri coram Iudice Ecclesiastico. *cap. 2. de mut. pet. Host. in sum. eo. tit. num. 3. §. restat igitur. Felin. in cit. cap. verum. num. 4.* Reconueniri tamen non potest pro causa spiritali, cuius capax est Laicus: neque criminally, neque si dolo fecerit se trahi Laicus ad Iudicem, vt reconuenire possit, huiusmodi enim dolus ipsi suffragari nõ deberet. *Maran. de ord. iudic.*

4. part. dist. 6. num. 44. neque demum coram Iudice appellationis, coram illo enim reconuentionio fieri nõ potest. Innoc. in c. 1. de mut. pet.

Eiusdem reconuentionis virtute Clericus agens contra Laicum apud Iudicem sæcularem, si in causa succumbat, ab eodem Iudice condemnari potest in expensis. *Felin. lo. cit. executionem tamen, tam in bonis quam in persona Clerici, tum Iudex Laicus facere non potest, sed est facienda per Iudicem Ecclesiasticum. Abb. in cap. postulasti. num. 17. de fo. comp. Franc. in cap. saculares. eod. tit. in 6. & est communis DD. sententia.*

Vltcrius subiicitur Iudici Laico Clericus minorum Ordinum, si non habuerit requisita. *Conc. Trid. c. 6. sess. 23. de ref.*

Clericus item Apostata, qui pro Laico se gerit & habetur communiter pro Laico, seu militiam, seu alia negotia sæcularia exercet, per Ecclesiam non defenditur. *cap. 1. de Apost. vnde & Leo X. rescripsit Galliarum Regi, vt tales Apostata, postquam fuerint deprehensi per quatuor menses incedere sine habitu Clericali, possint capi à Curia sæculari; quod rescriptum incip. Rom. decet Pont. de an. 1516. Kal. Octob. Pont. an. eius. 4. refert Cassan. in lib. constit. Burgund. tit. de iustit. num. 51.*

Præterea si Clericus deprehenditur in crimine vel rixa, licite potest capi & detineri per Curiam sæcularem, dummodo sine mora tradatur iudici Ecclesiastico. *Abb. in cap. cum non ab homine. à num. 11. de iudic. Dec. ib. à num. 31. & esse opinionem communem testatur. Viuius comm. opin. v. Iudex Laicus.*

Item si Clericus assumat administrationem, officium seu seruitia apud Dominum sæcularem, si tertio monitus nõ desistit.

deficit ab exercitio talis officij, puniri potest à Domino sæculari ratione præuaricationis in eodem officio. *cap. Sacerdotibus. ne Cler. vel Mon. ibiq. Innoc. Ausier. lo. sup. cit. Reg. 1. fall. 17.* vbi probat trinam monitionem in tali casu præmittendam, debere esse specialem, non autem generalem contra quoscunque, nec sufficere vnã pro tribus, sicut neque in alijs omnibus casibus, in quibus ius expresse disponit præmittendam trinam monitionem. *per tex. cap. constitutionem. de sent. excom. in 6.*

Ad extremum Clericus degradatus & traditus Curie sæculari, subest iudici laico. *Abb. in c. nouimus. de verb. signif. Dec. in cap. cum non ab homine. cit. num. 68. & num. 22.* vbi colligi potest differentia inter depositionem & degradationem, nimirum quod depositionem non semper sequitur traditio Curie sæculari, degradationem verò semper.

Et quemadmodum Iudex Laicus personas Ecclesiasticas iudicare non potest, ita neque causas ad forum Ecclesiasticum spectantes, vertentes inter personas sæculares, *cap. Ecclesia S. M. de constit. ne quidem incidenter. Abb. in eo. cap. Ecclesia S. M. nu. 2. Dec. ib. num. 46.* nisi questio incidat in possessorio, possessio enim censetur quid temporale. *Abb. in c. cum dilectus. num. 11. de elect. & in cap. liter. v. num. 6. de iuram. calum. Afflict. in decis. Reg. decis. 2. num. 5. Couar. pract. q. cap. 36. num. 1.* vnde possent coniuges compelli ad cohabitandum, non tantum per Ecclesiasticum, sed & per sæcularem Iudicem. *cit. Abb. in cap. tua nos. 2. nu. 2. de iureiuran. & in cap. ex publico de conuers. coniug. & in c. ex publico. nu. 3. de conuers. coniug.*

Ex præcedentibus itaque constat, directè ac propriè subesse Clericum Iudici Ecclesiastico, ac propterea reus in iu-

dicio Episcopali merito censetur Clericus, ita quod non possit declinare iurisdictionem proprii ordinarij, vt testatur *Hofst. lo. sup. cit. in sum. de for. com. nu. 14.* si nimirum siue ratione delicti, siue ratione contractus, domicilij, vel rei de qua agitur ipsi sit subiectus.

Ratione delicti, vbi enim quis deliquit, ibidem est puniendus. *cap. placuit. 6. quest. 3. cap. 1. de raptor.* nec accusatur aliqua præeminentia quominus puniri possit, ita quod neque Episcopus delinquens in aliena Diocesi excusetur, sed puniri potest ab ordinario loci, seu iudicari in causis, ex quibus coram ipso sortitur forum. *gl. in Clem. vn. v. procedant. de fo. comp. Abb. ib. in fin. & in cap. sane. n. 5. eo. tit. ext. & in c. cum inferior. de maior. & obed.*

Ratione contractus, prout contractus sumitur pro omni obligatione, in eo enim loco conueniendus est contrahens vbi contraxit, nisi solutio destinetur alibi. *Felin. in cap. fin. num. 19. de fo. comp. Abb. ib. num. 36.* vbi sufficienter explicat forum hoc ex contractu.

Ratione rei sortitur quis forum ibi, vbi sita sunt eius res, siue mobiles, siue immobiles pro quibus conuenitur. *Hofst. lo. sup. cit. num. 5.*

Ratione domicilij sortitur quoque quis forum; quod quomodo constituitur diximus alias. Et ratione domicilij sortitum forum est præcipuum, & ordinarium, & illius ratione dicitur quis propriè subditus. *Abb. in Clem. vn. num. 13. de fo. comp.* concurruntque hic modus sortitendi forum cum alijs omnibus, ita quod Iudex domicilij etiam ratione delicti a libi commissi, vel contractus a libi iniri, siue rei a libi possessæ iudicare possit, & citare reum etiam extra territorium suum existentem, & excommunicare a libi degentem, vt de non residente in

quo beneficio ordinavit Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. de ref. quod tamen Iudicibus ex reliquis modis fortiendæ iurisdictionis non est concessum. *Abb. in cit. cap. fin. num. 38. de fo. comp. & inc. meminimus. appell. Felin. lo. sup. tit. n. 11. 23. & 24. Rot. decis. 464. in no.*

21. Teneretur tamen Iudex Domicilij delinquentem, si ipsum nondum castigauerit, præmissa summaria cognitione super veritate inculpati delicti, requisitus remittere ad Iudicem loci delicti in criminibus grauioribus. *gl. in Clem. pastoralis. v. de more. de senten. & re. iud. Card. ib. Abb. ib. num. 12. quinimò etiam non expectata requisitione ex vrbanitate remittere solent plerique. vt Couar. lo. sup. cit. cap. 2. à num. 4. Similiter & in casu, quo quis iuramento firmauerit, se certo loco soluturum, eodem remitti debet. id. Couar. eo. lo. c. 10.*

22. Laici etiam licet proprium habeant forum coram Iudice Laico. *cap. licet. c. ex tenore. de fo. comp. in certis tamen casibus, subiecti sunt iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici, quos casus enumerat. gl. in cap. cum sit generale. v. malefactores. & alia gl. in cap. licet. v. vacante. & item alia. in cap. ex tenore. v. in iustitia. lo. cit. de fo. comp. qui casus comprehenduntur his versibus:*

Hereticus, Simon, Scelus, periurus, adulter,

Pax, priuilegium, violentus, sacrilegus,

Si vacat imperium, si negligit, ambigit, an sit,

Suspectus Iudex, si subdit a terra, vel vsus,

Rusticus, & seruus peregrinus, feuda, viator,

Si quis poeniteat, miser aut sit, causaq, mixta,

Si denunciatur Ecclesia, quis iudicat? ipsa.

Mixti autem fori sunt vsura, concubitus, adulteriũ, Sodomia. *Clar. in pract. crim. q. 37. Aufreer. utem in suo tractatu de iurisdictione Ecclesiastica in saculares, colligit 149. casus, in quibus Laici corrigi possant per Iudicem Ecclesiasticum, quem consule: nobis sufficiat meminisse illius regulæ generalis, quod videlicet in omni delicto iure Pontificio inducto extendatur iurisdictione Ecclesiastica in Laicos. c. 1. de off. ord. num. gl. v. secundũ. & testatur Aufreer. lo. cit. num. 1. in princ. Similiter & in omni casu nutritiuo peccati, vel saltem quoad salutarem poenitentiam iniungendam. c. nouit. de iudic. Abb. ib. num. 1. Aliquæ etiam causæ Ecclesiasticæ in specie, quæ magis praxi quotidiana teruntur, necessario nobis sunt examinandæ. Vnde primo Matrimoniales videamus.*

ARTICVLVS IV.

De Matrimonij.

- 1 *M*atrimoniales causas solus iudicat Episcopus.
- 2 *V*icarius Episcopi ad Matrimoniales causas debet habere mandatum expressum.
- 3 *M*atrimony impedimenta qua sint.

Mm

4 Ban